



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LII. Anna, Herzogin von Schlesien, bestätigt die Schenkung des Hofes
Schnellenberg dem Kloster Arendsee, am 25. März 1324.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LII. Anna, Herzogin von Schlesien, bestätigt die Schenkung des Hofes Schnellberg dem Kloster Arendsee, am 25. März 1324.

Nos Anna, dei gracia ducissa Slesie Dominaque Wratiflauiensis et Arneborch, omnibus, ad quos presentes peruenerint, notum facimus publice protestantes, quod patentes litteras Bartholdi Militis, Ghisonis, hinrici, Gotzkini, famulorum de konninghefberghe, supra resignacione Curie Stellenberghe [sic] coram nobis per ipsos facta vidimus in hec verba. (Hier folgt die Urkunde No. XXXVI. mit dem Zusatze:) Acta sunt hec anno incarnationis dominice M^o. CCC^o. IX^o., infra octauam assumptionis beate Marie virginis. — Quam donacionem Nos Anna, ducissa wratitzlauiensis et domina in Arneborch, presentibus approbamus ratamque habere volumus et Sanctimonialibus Claufri Arnesse prefatam Curiam Snellenberghe (sic) conferimus cum omni Jure, proprietate, libertate et cum omnibus vtilitatibus, sicut eam prenominatus Bartholdus miles, Ghiso, hinricus, Gozeko de konninghefberge a nobis et a nostris antecessoribus habuerunt. Testes huius Confirmacionis et nostre Collacionis sunt Conradus Vinzelberghe, noster aduocatus, Hinricus Rintdorp, heyso Berthkowe, Betkinus deycwede, Arnoldus Roffowe, Ghiso Schonenberg, Gherwinus noster cappellanus, qui presencia habuit in commisso, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Arneborch, Anno domini M^o. CCC^o. XXIII^o., dominica qua cantatur Letare iherusalem, sub nostro sigillo In euidentiam premisorum.

LIII. Ablassbrief des Bischofs Heinrich von Kiew, vom Jahre 1325.

Henricus, dei gracia Episcopus Ecclesie kyowienfis, Omnibus Cristi fidelibus presencia visuris, Salutem in domino dominorum. Loca sanctorum omnium pia et prompta deuocione a Cristi fidelibus sunt honoranda. Vt dum dei honoramus amicos, ipsi nos deo amabiles reddant, et ipsorum nobis quodammodo patrocinium, quod merita nostra non optinent, eorum mereamur intercessionibus optinere, Nos igitur vt per hec fideles Cristi quasi quibusdam premiis poterimus ad merita inuitare, Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam Beate marie et Beati Johannis Baptiste in Arnesse in omnibus festiuitatibus precipuis, videlicet Natiuitatis domini, resurrectionis, Ascensionis et Penthecostes, in festiuitatibus omnibus Beate Marie, apostolorum, omnium sanctorum, dedicacionis et patronorum, deuote acceperint, qui corpus Cristi secuti fuerint, et circuitum cymiterii fecerint dicendo pro fidelibus defunctis oraciones salutares, et manus porrexerint ad fabricam eiusdem ecclesie adiutrices, XL dies indulgencie cum karenā de consensu dyocelani in domino misericorditer relaxamus. Datum Anno domini Millefimo trecentesimo vicefimo quinto.